



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 118. Librorum impiorum lectio a Pontifice prohibita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI  
A.C. 1557

tiente Papa institutum credidissent, cum Pater Canisius illud accedendi, ac regendi facultatem obtinuisset. Nec inanis erat horum opinio; quippe Paulus IV. huic disputationi minime adversabatur; licet enim ejusmodi colloquia passim institui, haud ratum haberet, nihilominus, cum hanc WORMATIENSIS disputationem a Germaniæ Principibus decretam fuisse sciret, saltem Pontificis nomine quemdam, qui Catholicorum partes tueretur, eidem interesse, consultum ducebat.

## §. CXVIII.

*Librorum impiorum lectio a Pontifice prohibita.*

Spond. hoc  
ann. n. 5.

Parvin. in  
vit. Paul. IV.  
Andr. Villo-  
rel. in addit.  
ad Ciacon.

ENIMVERO huic Pontifici ea laus jure merito attribuitur, quod conservandæ Religionis Catholicæ studiosissimus nullum non moverit lapidem, ut illam quovis pacto labefactari opportunis mediis prohiberet: quamvis eidem etiam vitio detur, quod privatorum jurium defensionem plus justo intentus fuerit, ac præconceptæ opiniones, quibus regebatur, non raro zelum ejus sperato fructu privarint. Hujus rei specimen exhibet interdictum, quo impios libros perlegi hoc anno vetuit; cum enim gravissima ex illorum lectione mala scaturire cognosceret, sese huic pesti opponere

nere statuit, ut vero suo conatui o-  
 ptatus alluderet exitus, ejusmodi libro-  
 rum indicem, seu Catalogum per Sacrae  
 Inquisitionis Ministros fieri præcepit,  
 eumque postea typis impressum vulga-  
 vit. Continebantur in eo non modo  
 Hæreticorum, sed etiam quorundam  
 Catholicorum libri contra probos mores  
 conscripti: Attamen in eos, qui huic  
 interdicto adversarentur, nimium seve-  
 ras indicebat pœnas, nam eosdem sub-  
 jiciebat excommunicationi, eosque pri-  
 vatos, atque ad omnia munia, vel bene-  
 ficia declarabat incapaces, nec non per-  
 petuæ infamiæ notam, aliasque ejus-  
 modi pœnas intentabat, atque ejusmo-  
 di censuras, ac pœnas, quod adhuc ri-  
 gidius videbatur, sibi soli reservavit: un-  
 de contigit, quod ejus prohibitio, cum  
 limites excederet, suo fructu frustraretur:  
 quinimo Paulus Vergerius infamis  
 ille fidei desertor adversus hunc Papæ  
 indicem insanis furiis debacchabatur,  
 quamvis ejusdem dicteria nullum pru-  
 dentem Virum ab æquo hujus rei ju-  
 dicio avertere potuerint, ac postea il-  
 lius calumniæ a Jacobo Gretsero Jesui-  
 ta solide fuerint confutatae.

## §. CXIX.

*Pontificis studium in tuendo S. In-  
 quisitionis Tribunali.*

N n 4

Eo-

Sæcul. XVI.  
A C. 1557.